



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rev. Patr. Joannis Laurentii Berti, Ord. Eremit. S.
Augustini, Theologia Historico-Dogmatico-Scholastica,
Seu Libri, De Theologicis Disciplinis**

Berti, Giovanni Lorenzo

1750

Caput IV. De creaturarum omnium in immutabili æternitate præsentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83620)

trinseca connotata, nunquam ex æternitate inferitur absoluta necessitas. Aeterna est creatio si ad Divinam referatur substantiam, & tamen libera: æterna voluntas, & libera: æterna supernaturalium auxiliorum preparatio, sed libera. Distinguo & alteram partem minoris. Quod est præteritum, est absolute necessarium, id est necessario positum fuit, nego: scilicet ex suppositione quod fuerit, jam necessario præterit, concedo. Futurum contingens quidnam est? quod poterit non esse, ut futurum Petri peccatum. Quidnam contingens præsens? quod potest non esse, ut præsens Petri ambulatio. Illud ergo quod ita præteritum est ut potuerit non esse, erit præteritum quidem, sed contingens. Atqui præscientia, ut ostendimus potuit non esse: Ergo quamvis dicatur præterisse, est nihilominus contingens. *Præscientia Dei*, inquit Estius, *quatenus essentia Dei est, & æterna est & necessaria; sed quatenus connotat respectum ad futura, proprie non est æterna, cum sit tantum ens rationis: improprie tamen æterna dicitur, quia ab æterno fuit Essentia Dei cum hoc rationis respectu ad rem in tempore futuram.*

IO.
Obiectio 3.

Opp. 3. Dei præscientia est causa futurorum, posita causa consequitur necessario effectus: Ergo posita præscientia necessario evenient futura.

Solutio.

Resp. dist. maj. Dei præscientia est causa futurorum, ut præscientia est, nego: ut idem est ac voluntas, aut providentia, directio & regimen supremi Numinis, subdistinguo, causa necessitatis adstricta legi, nego: plenissima operans libertate, concedo. Porro non omnem præscientiam esse causam rerum, indubitatum mihi videtur; legi enim apud S. Protoparentem in tertio de Libero arbitrio cap. 4. *Sicut tu quædam quæ fecisti meministi; nec tamen quæ meministi omnia fecisti: ita Deus omnia, quo-*

rum ipse auctor est, præscit, nec tamen omnium, quæ præscit, ipse auctor est. Quando ergo Theologi affirmant scientiam Dei esse causam rerum, id de scientia practica debet intelligi, quam priori capite definivi.

Opp. ultimo: Divina præscientia supposita non potest res non evenire; Ergo Obiectio ultima.

Resp. dist. ant. Non potest res non evenire necessitate simplici & absoluta, nego: necessitate conditionis & consequentiæ, concedo. *Due sunt necessitates, ait Boetius Prosa ultima, simplex una, veluti quod necesse est omnes homines esse mortales; altera conditionis, ut si aliquem ambulare scias, eum ambulare necesse est.* Quod enim quisque novit, id esse aliter, ac notum est, nequit. Sed hæc conditio minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed conditionis adjectio. Nulla enim necessitas cogit incedere voluntarie gradientem, quamvis eum tamen cum graditur incedere necessarium sit. Eodem igitur modo si quid providentia præsens videt, id esse necesse est, tametsi nullam habeat necessitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex arbitrii libertate proveniunt, præsentia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata divinum, necessaria fuit per conditionem divinæ notionis: per se vero considerata ab absoluta naturæ suæ libertate non desinunt. Salvantur ergo huiusmodi repugnantia notionem Dei præsentaria, ut diximus priori argumento:

Nam quod ubique agitur, quod gestum est, quodque gerendum est, Ante oculos Domini puncto subsistit in uno.

inquit Auctor Carminis de Providentia apud Prosperum. Vel respondetur, ut ad primum, futura evenire simul necessitate, & contingenter diversa connotatione.

CAPUT IV.

De creaturarum omnium in immutabili æternitate præsentia.

SUMMARIUM.

1. Varii modi, quibus creatura dicitur esse in æternitate præsens.

2. 3. Creatura omnes sunt præsentia in æternitate, in quantum æternitas interminabilis omnia simul comprehendit.

4. 5. Nulla creatura cognoscitur à Deo in æternitate ut ab æterno consistens.

6. 7. 8. Solvuntur objectiones.

1.
Varii modi,
quibus Crea-
tura dicitur

Proximo sequitur limine perplexa quæstio de sempiterna rerum creatura. *R. P. Berti Theol. Tom. I.*

tarum, ut D. Thomas appellat, *præsentialitate*, qua supra futurorum contin-
gen-

B b

esse in æternitate præsens.

gentiam eventuum defendere conabamur. Verum tamen si distrahantur Theologi, etiam qui de nomine beati Thomæ nuncupantur, quorum plerique præsentiam illam physicam esse contendunt, ut Cajetanus, Gonet, & major pars florentissimæ Scholæ, alii, objectivam tantum propugnant, ut Sylvester, Bancel, Hervæus; arbitror tamen posse diffidium componi, si ad rectas animi perceptiones à personantibus *mensuram* oculis retrahamur. Itaque aliquam rem esse in æternitate, multiplicem sensum complectitur. Res dicitur in æternitate consistere, quod interminabilis æternitas omnia simul comprehendat, & quæcunque vario tempore peraguntur, dum sunt, immensæ ejus durationi respondeant, veluti omnia ædificia amplissimæ urbis continentur intra mœnia, & singulæ lineæ circuli reducuntur ad centrum. Rursus esse in æternitate ita accipi potest, ut ante omnia sæcula nedum in causa, verum etiam in se res extiterint, quemadmodum præsentia extant creaturæ: quod forte melius dixeris ab æterno, quam in æternitate, consistere. Denique dicuntur à D. Thomæ discipulis creaturæ Deo in æternitate præsentia, quoniam existunt quidem in propria ipsarum natura, non comparate ad ipsas, quatenus sunt in aliqua temporis differentia, sed ad æternitatem, in qua nulla temporum successio præterlabitur.

2.
Propositio

PROPOSITIO I. Primo modo explicato creaturæ omnes sunt in æternitate præsentia.

Probatur primo modo fide cap. 7. Deo, inquit, quæ sunt futura præsentia sunt; & ei, cui præcognita sunt omnia, ventura perfecta sunt, sicut scriptum est: Qui fecit quæ ventura sunt. S. P. Augustinus in xv. de Trinit. cap. 7. Quis ergo hominum potest istam sapientiam quæ novit Deus omnia; ita ut nec ea quæ dicuntur futura, quasi desint expectentur ut veniant, sed & præterita & futura cum præsentibus sint cuncta præsentia. Et lib. 2. ad Simplic. probat Dei præscientiam non esse, si proprie loquamur, præscientiam, sed scientiam, quod præscientia non sit nisi scientia futurorum: Quid autem, ait, futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora? Et Magnus Gregorius lib. xx. Moralium cap. 23. Quomodo est præscius dum nulla quæ futura sunt præscientur? Scimus quia Deo futurum nihil est, ante cujus oculos præterita nulla sunt, præsentia non transeunt, futura non veniunt.

Auctoritate Sanctorum Patrum, & ratione probatur. Ambrosius lib. 1. de Fide cap. 7. Deo, inquit, quæ sunt futura præsentia sunt; & ei, cui præcognita sunt omnia, ventura perfecta sunt, sicut scriptum est: Qui fecit quæ ventura sunt. S. P. Augustinus in xv. de Trinit. cap. 7. Quis ergo hominum potest istam sapientiam quæ novit Deus omnia; ita ut nec ea quæ dicuntur futura, quasi desint expectentur ut veniant, sed & præterita & futura cum præsentibus sint cuncta præsentia. Et lib. 2. ad Simplic. probat Dei præscientiam non esse, si proprie loquamur, præscientiam, sed scientiam, quod præscientia non sit nisi scientia futurorum: Quid autem, ait, futurum est Deo, qui omnia supergreditur tempora? Et Magnus Gregorius lib. xx. Moralium cap. 23. Quomodo est præscius dum nulla quæ futura sunt præscientur? Scimus quia Deo futurum nihil est, ante cujus oculos præterita nulla sunt, præsentia non transeunt, futura non veniunt.

Prob. 2. ratione. Hanc dotem habet æternitas, ut comprehendat simul universa: Si æternitati non essent omnia præsentia, æternitas non simul universa comprehenderet: Igitur æternitati præsentia sunt omnia. Præterea nulla sunt intervalla locorum, quæ non respondent immensitati. Ergo neque ullæ temporum differentia, quæ non coexistant æternitati.

PROPOSITIO II. Nulla creatura cognoscitur à Deo in æternitate secundo modo, videlicet ut ab æterno consistens.

Fatentur id omnes Theologi, & probatur. Nulla creatura producta est ab æterno: Deus eo modo videt creaturas quo productæ sunt: Ergo Deus nullo modo videt creaturas productas & extra suas causas positas ab æterno.

PROPOSITIO III. Creaturæ non videntur ab æterno in propria consistenter natura neque comparate ad æternitatem, & in *mensura*, ut inquit, superiori, neque *mensura* propria, atque relate ad se.

Ostenditur auctoritate Augustini: qui v. de Genes. ad litteram cap. 18. ait: *Quomodo ergo Deo nota erant, quæ non erant? Et rursus quomodo ea faceret, quæ sibi nota non erant? non enim quidquam fecit ignorans. Non enim fecit, non facta cognovit. Proinde antequam fierent & erant, & non erant. Erant in Dei scientia; non erant in sua natura.* Probatur ratione: Nullo modo creatura existit in sua natura, nisi ponatur extra suas causas: Sed ponitur extra suas causas tantummodo in aliqua temporis differentia: Igitur creatura nullo pacto videtur ab æterno existens in sua natura. Ulterius existere in sua natura, & esse præsens solum in superiori *mensura*, aperta est repugnantia: Creaturæ in æternitate præsentia sunt solummodo in *mensura* superiori: Minime ergo sunt præsentia in sua natura. Prob. ma. Existere in superiori tantum *mensura*, est existere in arte Conditoris, & in virtute effectricæ causarum: At implicat rem aliquam in propria natura consistere, & esse tantum in arte Conditoris & in virtute causarum: Ergo implicat esse in propria natura præsens, & existere solum in superiori *mensura*. Prob. minor; etenim quæ existunt solummodo in arte Conditoris, sunt ipsa vita artificis, & eadem Dei substantia & effectrix omnipotentia, ut demonstrat S. Pater in verba illa Joannis: *Quod factum est, in ipso vita erat.* Quæ vero esse habent in pro-

3.
Probatur ratione.

4.
Propositio 2.

Probatur:

5.
Propositio 3.

Probatur et v. de Genes. ad litteram cap. 18. ait: S. Augustino.

propria natura, quamplura vita carent & anima: Atqui repugnat carere vita, & esse virtutem ac vitam supremi Artificis: Igitur repugnat creaturam aliquam in propria esse natura, & existere in arte Conditoris tantummodo.

OBJECTA DILUUNTUR.

6. **Opp. 1.** Postrema hæc propositio pugnat cum priori. Deus enim omnia intuetur præsentia, & omnia æternitati coexistunt; ergo sunt omnia Deo physice coexistentia ab æterno.

Solutio. Resp. nego consequentiam; aliud quippe est cernere omnia præsentia, aliud coexistere æternitati, aliud physice præsens esse ab æterno. Videre omnia præsentia est præsentaria notione omnia sive sint, sive non sint, adæquare: unde S. Thomas 1. de Veritate Art. v. ad 10. ait: *Quamvis res non fuerint ab æterno in propria natura, intellectus tamen Divinus fuit adequatus rebus in propria natura futuris in tempore. & ideo veram cognitionem habuit ab æterno de rebus etiam in propria natura, quamvis rerum veritates ab æterno non fuerint.* Coexistere æternitati est inter creaturam & æternitatem nullum versari intervallum; quemadmodum coexistere loco est inter unum & alterum nullum intercipi spatium: quare æternitas quæ ab universis rebus nulla temporis intercapedine seiungitur, verè futuris rebus coexistit, sicuti cuilibet loco Divina immensitas. At existere ab æterno in propria natura, est semper in se fuisse etiam extra ideam, ætemque omnipotentis Opificis.

7. **Opp. 2.** Videre rem præsentem est illam videre, ut est nunc: Si ergo Deus omnia videt in æternitate præsentia, omnia penes Deum in æternitate actu sunt.

Resp. dist. ma. Videre rem præsentem in propria natura concedo: rem præsentem in sempiterna scientia, nego. Vide quæ supra ex Augustino lib. v. de Gen. ad literam recitavimus. Vel dist. minorem: Deus omnia videt in æternitate præsentia, scilicet videt res omnes ab æterno existere, nego: videt immutabili cognitione, ac præsentaria notitia singulas res, prout in aliqua differentia temporis eventura sunt, concedo. Si quis ex altissima specula videat copias militum servato ordine accedentes ad arcem, & successivis lineis gradientes, uno contuitu cernit proximiores & remotissimos, quod non contingit exercitum in planitie spectanti. Ergone milites omnes jam accesserunt ad moenia? Ita Deus in prætereunte creaturarum serie tam præsentem, quam futuras prope suisque oculis proximas intuetur; neque tamen consequitur jam universas ad temporis differentiam, sine qua nequeunt existere, perenni veluti cursu accessisse.

8. **Opp. 3.** Divina scientia est immutabilis: Ergo habet semper objecta præsentia.

Resp. dist. antecedens, est immutabilis comparate ad Divinam substantiam omnia videntem, concedo: relative ad rem videnti Deo subjectam, nego. Juxta doctrinam Aegidii dist. xxxviii. q. 1. art. 2. negatur consequentia; Scientia enim dicitur mutabilis, vel immutabilis à principali objecto, quod in Deo est ars omnipotentis plena omnium rationum incommutabilium. *Ibi,* inquit S. P. 6. de Genes. ad lit. cap. ultimo, *novit omnia Deus quæ fecit per ipsam, & ideo cum decedant & succedant tempora, non decedit aliquid, vel succedit scientia Dei.* Si quid vero remanet diluendum, facile ex dictis convellitur.

CAPUT V.

Deum in suis ideis, & etiam immediate universas conspiciere creaturas.

SUMMARIUM.

1. Deus videt creaturas in suis ideis, & quid sint ideæ.
2. Videre objecta in se ipsis duplici sensu accipi potest.
3. Deus videt omnia in se ipso, & in incommutabili rerum intelligibilium ratione.

4. Non videt Deus creaturas in se ipsis in sensu D. Thomæ.
5. Deus videt creaturas in se ipsis immediate in sensu Gregorii Ariminensis.
6. 7. 8. 9. Solvuntur objectiones.

I. Deus videt in suis ideis creaturas, & quid sint de 2.

SUBJICIT nunc quintum caput de medio, in quo Deus creaturas intuetur, disquisitionem. Non ambigitur.

R. P. Bertii Theol. Tom. I.

tur quin cuncta in ideis suis introspiciat; sed quid sint istiusmodi ideæ, Theologi inquirunt. At cum plura, quæ huc continent,